



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

An Deo vel Sanctis dies feriamur. tit. 219

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

TITVLVS CCXIX. 303

& sic prosequamur hos quasi adoremus illos. &c  
Sed patitur Ecclesia & hanc hodiè contumeliam, se-  
sus tentans verbo Apostoli, 1. Cor. 13, Charitas non ex-  
cidit. Nam sic ante annos plus mille Hierony. certa-  
uit cum Iouiniano & Vigilantio, quærens: An iam  
in patria sancti essent priuati donis & virtutibus spiri-  
tus sancti, Gal. 5, quibus in hac vita pleni fuerunt, &c.  
Idem tota Ecclesia Catholica cum omnibus doctori-  
bus sic sentit, nihil cupiens nisi adiutorium oratio-  
nis mutuæ, &c. sicut hic facimus mutuò.

AN DEO VEL SANCTIS  
dies feriamur.

TITVLVS CCXIX.

**D**RIMÒ, feriari seu vacare est opus, quod  
solus Deus præcepit, & ipse omnium pri-  
mus seruauit. Nam in creatione & labo-  
re omnium creaturarum, & cæli & ter-  
ræ, requieuit die septimo, Gen. 2. & be-  
nedixit diem illū, & sanctificauit. Sic inter præcepta  
sua tertium est primæ tabule, Sabbathus sanctifices, &  
nendum sabbatha, sed etiam præcepit. Exo. 23. dicens:  
Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebra-  
bitis: Azymorum, propter liberationem ex Aegypto:  
Pétecostes, propter acceptam legem: & frugum, quia  
dedit Deus fructus terræ, &cæt. Sic & alia habebant  
festa plura in quibus Deo feriabantur, seu vacabant,  
qui præcepit ferias.  
Secundò, feriae siebant propter præceptum Dei, &  
huc dirigebatur intentio. Attamen hisce diebus habe-  
bant memoriam operum Dei, quæ recordabantur ip-  
sis diebus, & Deo laudes & gratias agebant, sicut He-  
ster & Iudith, de liberatione ex Aegypto &cæt. At fe-  
riæ non propter Hester, Iudith, &cæt. sed propter  
Deum siebant, cum memoria operum Dei quæ fecit.  
Si nos in nouo testamento Dominicum diem, non  
propter

propter seipsum feriamur, quia est dies sicut aliis  
propter Deū, qui hoc præcepit, & ipso die eius open;  
& quæ nobis contigerunt per Christum beneficia, pe-  
dicādo Euangelia, ad memoriam reducimus, & gratias  
agimus Deo. Sic dies non feriamur propter sanctos,  
sed propter Deū: attamen memoriam sancti habemus,  
tum ob ea, quæ Deus per ipsum fecit, & quatenus pro-  
fide certauit, & bonus dispensator talentorū Domini  
fuit, Matthæ. 25. Aliud est enim feria, quæ solū fit  
propter Deum, & hanc nos celebramus. Aliud est me-  
moria sancti, ubi recordamur, quæ Deus per ipsum, &  
quæ ipse propter Deum fecit, & sic Deo canimus lau-  
des, & petimus eandem nobis conferrigratiā propter  
Christū, & in eū finē rogamus sanctorū intercessionē

Tertiō, Causa igitur totius solennitatis, id est, cā-  
panarū, organorū &c. Deus est, quādō solū memori-  
riā alicuius sancti isto die agimus, non dirigitur in-  
tentio ad solam personam sancti, vt hæretici calum-  
niantur, & in eū finē contemnunt ferias, & nō videt,  
quod propter sanctū vel homines contemnunt obe-  
dientiā Dei, qui præcepit ferias, qui dicit: Sabbathum  
sanctifices, Exo. 20. At dicis: Nihil præcipit Deus &  
Christus, nisi sabbathum? Respondeo, Ecclesia autem  
cui debes obediētiā, Mat. 18. ordinavit, ut illum dī  
huius vel illius sancti sanctifices, & præceptum Dei  
istius sancti, & matris Christi, sanctorū Apóstolorū,

Quartō, sic canit Ecclesia: Tua opera Christe, tu  
miracula prædicamus: à te est totum, quicquid virtus  
tis habet sanctus: Tua est virtus & fortitudo, tu bene-  
dicendus, &c. Eccl. 14 Sapientiam sanctorum narrat  
populus. Et Lucæ 1. Beatam me dicent &c. Ideo pro-  
pter Deum celebramus festa; Secundō, ad imitationē,  
Hebr. 13. Mementote præpositorum, &c. Tertiō, vt  
iuuemur intercessionibus eorum. 4. Reg. 19. Prot-  
gam ciuitatem hanc &c.

AM